Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 935
Quelle:
Copyright:

omnibus mutatis in melius ad regnum dei peruenire valeamus nobis prestare dignetur, qui trinus et unus regnat &c. Subscriptum: *Arnoldus Baccalarius in decretis traiectensis dyocesis fecit hanc collationem in holandria ad peticionem cuiusdam Carthusiensis.* Vix erravero, si *Arnoldum* hunc dixero *Arnoldum Gheiloven* sive *de Roterodamis*, Decretorum Doctorem et Canonicum Reg. ✠ 1442. cujus Scripta vide sis in *Bibl. Belg. Foppenii* P. I. p. 102. et nostro Cod. DLXXXIX.

XVIII. *fol.* 272. *Incipit tractatulus Stimulus amoris interpretatus. Primum Capitulum.* Initium: *Currite gentes undique et admiramini erga vos caritatem dei* &c. Mutilus in haec verba deficit: *nichil quantum in se est omittens de contingentibus fideliter agat quidquid potest* — —. Est *Bonaventurae Opp.* T. VII. p. 192. duplici instructus *Prologo*, inque Partes *tres* sectus. Unde, quae hic habemus, potius Excerpta sunt.

In antica Codicis Theca legitur: *Hunc librum contulit monasterio beate marie virginis alias scotorum Wienne Honorabilis dominus Thomas de Weytra presbiter patav. dyoc. vt oremus deum pro eo et sibi coniunctis.*

CCLXII. VII. D. 17

255 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 70. f. continet *Magni Felicis Ennodii* patria *Arelatensis*, ex Diacono S. *Epiphanii* demum Episcopi *Ticinensis*, viri legationibus obitis clari, et vita functi anno Chr. 521. *Opuscula* partim prosa, partim versa oratione, quorum praecipuam editionem post *Andr. Schottum* debemus *Jac. Sirmondo Parisiis* 1611. 8. unde in P. I. *Opp.* ejus *omn.* et in *Bibliothecae PP. Lugdun.* T. IX. p. 312. transiere. Cum hac igitur Editione Codicem praesentem contendemus. Initium facit *Dictio in Natali Laurentii Mediol. Episcopi*, quae absque inscriptione incipit: *Quousque me iners diffidentia intra angustum patitur penetrale delitescere.* Edit. *Sirm.* p. 461.

Fol. 2. *Dictio Ennodii Diaconi, quando Roma rediit.* Initium: *Amica est homini ad genitale solum reuertenti semper ilaritas* &c. *Sirm.* p. 566.

Eod. p. 2. *Dictio in Dedicatione Auditorii* &c. Initium: *Ut campus militem, mare nautas, fora causidicum* &c. *Sirm.* p. 484.

Fol. 3. *Epistola ad Johannem.* Initium: *Cum salum queris verbis in statione compositis* &c. *Sirm.* p. 1.

Eod. p. 2. *Epistola ad Florum.* Initium: *Noui me duram cepisse prouinciam* &c. *Sirm.* p. 3.

Eod. p. 2. *Epistola ad Faustum.* Initium: *Acta est causa desiderii mei* &c. *Sirm.* p. 4.

Fol. 4. *Epistola ad Eund.* Initium: *Magnifici* (Anagnostici) *fidem secutus* &c. *Sirm.* p. 7.

Eod. p. 2. *Praeceptum de Cellulanis.* Initium: *Nulli dubium est, hominem* &c. *Sirm.* p. 448.

Fol.